

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Htz: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jera.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrani
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stes, nis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.

40 XLV

VOTA

Nuptiis Solennibus
Viri-Juvenis Præstantissimi, Doctissimi

DN. VALENTI-
NI GELANI LL. STV-
diosi & Not. Pub.

SPONSI

CUM

Virgine Honestissimâ, Lectissimâ
ANNA MARIA

Viri Honoratissimi

DN. GEORGII PILSII, Reipub. quondam
Dessaensis Camerarii p. m. relicta Filia
Nec non virtute doctrina, & dignitate conspicui
atq; ornatissimi Viri, DN. CHRISTOPHORI EHRLI-
CHII, pro tempore Illustrissimo Principi ac
DN. DN. RUDOLPHO, Principi Anhal-
tino à Consiliis & Secretis

Privigna

SPONSA

A. D. XX. Calend. VIIbr.

Anni

CLXV C XIII

Servestæ Celebratis

Nuncupata ab Amicis & Fautoribus.

Servestæ, Prælo Dörfferiano.





VOTUM GRATULATORUM.

Anna Maria venit tibi dulcis Sponsa, Gelane;
Sit re, sit constans, Anna Maria precor.
Anna suo fuerit quàm fida marita marito,
Quàm studiosa precum; pagina sacra refert.
Et licet in sterili thalamo gemebunda tot annos
Viveret, exoptans pignora chara thori:
Non tamen ex omni deserta est parte: gementem
Respexit tandem fætificando DEUS.
Nam confisa DEO spes non confusa recedit:
Auget, quod Dominus distulit, omne bonum.
Tempestiva ejus semper benedictio: fructu
Compensat parvam prosperiore moram.
Anna sit ista precor tibi, multo pignore Sanctum
Portatura γέλ@ perpetuumq; toro,
Elegit partem meliorem teste Maria
Christo: dum præfert cælica verba cibo.
Eligat atq; istam tua partem blanda Maria:
Partem quâ nulli major in orbe venit,
Inde beata domus fuerit, torus atq; beatus,
Non sine sole domus, non sine prole torus.
Anna Maria venit sic dulcis Sponsa, Gelanum
Efficiens Sponsum nomine req; suum.

*M. Martinus Füsselius, Ecclesie
Servestanæ ad D. Bartho-
lomei
Pastor & Superintendens.*

A 2

AD

AD DN. SPONSVM.

GELANE, verum num sit omnino, viri
Digni fide quod asserunt de te, sacras
Te Juris Utriusq; Leges, insuper.
Et Civitatis hujus exactissimè
Summâ fide evoluisse Jura plurimos
Annos, Ego ratione ductus non levi
(Ignosce, dico res quod est) planè ambigo.
Te scire Leges atq; Jura, quæ tulit
JUSTINIANUS Imperator, quas Canon
Tradit, peritum te esse Legum, non nego.
Quin Civitatis jura te hujus, hæctenus
Queis utitur Forum peculiaribus
Novisse, Patrono satis feliciter
Qui te fuere usi, fatentur plurimi.
Peculiarem a st, Nupta quâ gaudet nova,
(Leges habet Forum suas, Torus suas)
Videris ignorare Legem, Fæmine
Sententiâ ex cujus maritis imperant:
Ne, jure quisquis civitatis expetit
Gaudere Servestæ maritus, Conjugis

Pare-


Parere post suæ recuset iussibus.
Namq; hæc Puellis sola lex & Feminis
Est nota, quam non ante nuptias suis
Solent maritis vel rogata credere.
Sed hanc in aurem Ego Tibi: Tu nemibi
Surgat quid hinc periculi, prudens cave.
Sed verba Legis ipsa suggero tibi:
Qui Servestanæ civis vult urbis haberi,
Conjugis imperio pareat ille suæ.
Quid si tamen Teq; inter & Sponsam tuam,
GELANE, conveniret ante nuptias,
(Prævisi hominis namq; Legem mitigat
Tollit) ut una detur hebdomas tibi,
Quâ jura totis integrum sit dicere
Tibi edibus, post detur uxori altera,
Ut jus HERI patiatur Alterni domus.
Quod impetrabis facilè, namq; & ante te
Hoc impetrârunt, qui rogarunt, plurimi.
Sed in mora periculum. Tu quid tua
Existimes è refuturum, videris.

av̄cedias F.

M. Petrus à Jhena
Collega Scholæ.

A 3

ALI-



ALIUD.

Venisti in nostram, Musis comitantibus, urbem,
Ut quæ sancta THEMIS divino lumine pandit
Aurea Jura fori civilia, miles in arte
JUSTINIANÆA, penitus cognoscere posses.
Nec mora longa fuit, decus, hac quod jam arte tulisti,
Arte velut regina alias quæ continet artes,
Præsidioq; suo communit, & una tuetur,
Fulsit: dum fausto commissa negotia fine
Multorum tractas, & agis sacri ordine juris
Causas, componis lites, trepidosq; tueris.

Quare cum fueris sic JURI intentus, & ipsis
Musis sacratis dederis prima oscula; Musas
Bafia namq; decent prima, ast capit altera virgo,
SERVESTAM nuper linquens, fortasse Parentes
Visere jucundos, rupisti hanc pectore vocem:
Patria cara trahas, sed quid trahis ANNA MARIA?
Vtraq; sic traxit, sed Amica retraxit euntem;
Vicjit amore VENUS, tua Patria cessit honore.
Ergo PALATINÆ jam ne expectate Puellæ,
Festa parat thalami GELANUS, gaudia; jungit
Atq; sibi SPONSAM, primo quæ assuevit ab ævo
Vitæ, jussa sequi matris, componere mentem
Ad magnum virtutis opus, dignosq; labores,
Huic genitrix stimulos virtutum, & semina laudis
Indidit, ac teneros pietate exercuit annos:
Respice; qui vultus, quantum decus emicet ore,
Respice virtutesq; pias, castumq; pudorem:

Ah

Ah pereat, quisquis præfert virtutibus aurum,
Cunctas vincit opes pia conjunx, atq; pudica
Quis non divitiis fidos uxoris amores
Præferat, atq; suæ spem, nec non gaudia prolis?
Sis felix GELANE, tuis concordia votis
Et faveat, thalamoq; fluant mel, lacq;, merumq;,
Affluat ambobus plenis fors dextra quadrigis.

M. Iohannes Köppen.



ALIVD.

Ergone Servestam linquis GELANE patrone Sponfa.
Causarum, & vita portio magna mea?
Sic est: ad patrios verto mea vela Penates, Sponsus.
O MARIA haud dubiâ cognita saepe fide!
Nunc discedentem cum te videamq;, sciamaq;, Sponfa.
Non mæsto teneras rore rigabo genas?
Non te tam multa lacryma remorantur iturum?
Lumina nonne fori? lumina nonne Schola?
Quid facis? Ah tenera cur saucia corda puella
Dividis? & qua vis damna levare, facis?
Heu nimis atra dies, qua nos divellit, & uno
Concordes animas non finit esse loco.
Cur gemis? & tristi suspiria pectore ducis? Sponsus.
Non est quod doleas: ibo, redibo brevi.
Mens tibi quantum vis pia sit, lumenq; pudoris Sponfa.
Cælestis verè Numinis instar ames:

Acto

*Attamen oblitus fidei, quã nuper amanti
Dicebas, thalamis sola fruere meis,
Ut patriam, vercor, prestanti corpore Nympham
Ducas, & dicas ANNA MARIA vale.
Vanus habet ludus tua pectora, mæror inanis.
Non te ludificor; Tu mihi sola places.
Sit quamvis longè disiunctum corpore corpus,
Est tamen unito corde propinquus amor.
Cognatosq; videbo meos, tadisq; parentes
Addant consensum, supplice voce petam.
Talibus auspiciis huc huc cum laude reversus
Mox ego in amplexus te ire jubebo meos.
Pono tristitiam, quod tam mihi grata tulisti
Gaudia, pectoribus non abitura meis.
Perge igitur, patrios subitoq; revise Penates
Latifica matrem, latificaq; patrem.
Vive diu, nostris reddat feliciter oris
Te DEVS incolumem duxq; Comesq; via.*

Sponsus.

Sponsa.

*En, tibi iam tandem reduci, GELANE, petitum
Attulit Eoo Phæbus ab axe diem.
Auspice quo Christo, linguisq; in vota solutis
Ducitur in thalamos splendida Nympha tuos.
Splendida Nympha, aliis quam tu de millibus unam,
Dixti, cum legeres: hæc mihi sola placet.
Forsitan expectas, laudes nunc ordine justo
Illius ut texam, perficiamq; metris.
Quàm facere id lubeat, mihi crede: incomtula tanto
Impar nî decori nostra Camæna foret.
Ut brevibus dicam sub aperto pectore, namq;
Sit procul à scriptis subdola vena meis.*

Pictor

*Pictor ut in tabula Veneris deliniat astrum,
 Sed vitale jubar non adhibere valet.
 Sic niveos animi mores, roseumq; pudorem,
 Quæis MARIA excellis, pingere nemo potest.
 O te felicem! cui talis Sponsa reperta est,
 Quam vix ex sociis milibus unus habet.
 Ante annos aliquot tibi si hoc dixisse putarer;
 Ipse fidem dictis vix habiturus eras:
 Et tamen hic Domini favor, hæc clementia summa,
 Dotibus ut tantis accumulere, fuit.
 Qui vos qui vestros præsens moderabitur igneis,
 Cælisuo refovens Flaminis igne sui.
 Mittite torporem, si quem Canis attulit æstu:
 (Torpeat, indignus quisquis amore tori est)
 Edite mansuetam geniali fœdere vitam,
 Qualem cum socio Turture Turtur agit.
 Non thalamo desint pulcherrima pignora vestro;
 Cresce Tuâ, juvenis; cresce, puella Tuo!
 Quæ blandè foveant longævâ atate parentes;
 Vive diu, juvenis; vive, puella, diu!
 Atq; olim placido componant membra sopori;
 Vince Deo, juvenis; vince, puella, Deo!
 Vincite, Vivite, Crescite, amate, diuq; Deoq;
 Hæc fuerint Musa candida vota mea.*

*Fridericus Hamelius
 Junior LL. Candidatus.*



A L I V D.

Actio oborta fuit de te Jouis ante tribunal,
 Inter cælisatas, Sponse nouvelle, Deas,
B

Sex

Sex habuere Deæ de te certamina magna,
CLIO, SVADA, THEMIS, JVNO, MIMERVA, VENUS,
Quælibet excepit replicando lite manente,
Te quæq; optavit, dixit, & esse suum,
Principio accessit CLIO, stipente caterua:
Dixit &: Hunc sponsum vendico Jure mihi,
Muneris omne mei, historias quodacumine mentis,
Novit, quod teneat facta stupanda ducum:
SVADA, hæc excipiens contra excipiendo regessit,
Hic meus, hunc Justo vendico jure mihi.
Flumine mellifluo quod fundit ab ore loquelam,
Et quod per suadet, muneris omne mei.
Sacra THEMIS Juris cultorum firma columna,
Dirimit has lites, sic replicando plicas:
Quid in majores partes mihi dentur in hocce?
Jure quod ille cluit muneris omne mei,
Quod voluit dudum sinuosa volumina juris,
Nota quod huic priva est publica resq; meum est,
Ergo quem feci, ut tantus sit, vendico jure,
Juppiter additum hunc arbiter ipse dabit.
JVNO Moneta foro se sistens talibus inquit:
Cui bona multa dedi, nonne erit ipse meus?
Largiter huic tribui nummos auriq; talenta
Per quoq; multa dedi tempora sorte frui.
Ergo huius litis finalis terminus esto,
Nemo mihi eripiet qui meus ante fuit.
Docta MINERVA subit Phœbi comitante caterua
Et ratione bonâ, te probat esse suum
Abs me quando foret Sponsus non nosceret Alpha,
Quod cluit at doctus, muneris omne mei.
Vix natum duxi per amœna rosaria Phœbi,
Carpere ubi docui lilia mista rosis.

Ergo

Ergo meum dico, doctumq; Heliconis alumnum,
Namq; in Musarum fatus ibi usq; sinu,
At VENVS arridens paucis certamina soluit,
Quid frustra nostrum quæq; habuisse cupit?
Huic ego concessi præstanti in corpore formam,
Hinc roseo roseus fulget ab ero nitor,
Huic etiam jungo præstanti corpore Nympham,
Cui vestit rosea purpura veste genas.
Hanc jungam stabili conjugio, propriamq; dicabo,
MARIAM, lecti ut pignora chara ferat,
Nonne autem superat multa auri pondera fului
Nonne placet gemmis bella puella magis?
Annuit at VENERI pater altitonatis Olympi
Hunc totum, dicit, CYPRIN habere volo,
Actio sic finem, postquam sententia dicta est
Sortita est, tristes atq; abiere Deæ
Aurea jamq; VENVS vos firmo fœdere jungit,
Lætaq; jam festum connubiale parat
Ergo dum lateri tibi sponsa adjungitur alma,
Gratulor, & vobis prospera quæq; precor.
Utq; Deæ faciles vobis sint comprecor, almæ
CLIO, SVADA, THEMIS, JUNO, MINERVA VENVS.

Simon Jonas Lipsiensis
L L. Studiosus.



ALIVD.

Ferte citi auxiliū, date aquas restinguite flammā,
Ignis edax cordis jam penetrare subit.
Cingite vos Musæ, vestro & succurrite sponso,
Pectoris heu flammis arx peritura ruit,

B 2

Cingite

Cingite vos Charites, vestrae & succurrite Sponsae,
Cui Charis ex animo fulget, ab ore pudor.
Quisnam autor flammæ? Quisnam hæc incendia fecit?
Dignus qui culpæ præmia digna luat:
Est AMOR iste puer volitans per Cypridos arva,
Qui melle, atq; gravi spicula felle linit.
Quis verò poterit tantam restringere flammam?
Cui tantæ vires? Vnde peratur aqua?
Est puer iste potens, cui totus subjacet orbis,
Cui reges magni regia sceptrâ ferunt.
Sed bene habet: venit ecce venit jam pronuba Juno,
Et jungit, vinclo corcula vestra nouo.
Illa aspergit aquam, quæ ritè resistit amori,
Et minuit sensim tale doloris onus.
Nam datur ecce frui post hac viridante puella.
Quam nunc confociat pronuba Juno tibi.
Ergo cum fatum, fati & Deus arbiter, ambos
Vos jungat: thalamo prospera fata precor:
Hoc precor, hoc captis, votis ardentibus opto,
Tædis: sis clemens in mea vota DEV S.

Christophorus Colerus VVittenberg.
Saxo.



ALIVD.

H Aud' quaquã arescens hedere est arbuscula, cisso
Quæ puero Bacchum dona dedisse ferunt.
Conjugii veri vera hæc insignia sunt:
Conjugibusq; arbos hæc imitanda piis.

Illa

Illā prociā muros circundat flore virente,
Sic vxor cingat protegat atq; domum,
Cujus in vmbri ferā tutelā gaudeat hāres,
Cujus ob aspectum rite maritus ovet.
Sicut producit fructus fācunda quotannis,
Sic Sponso conjux pignora multa ferat.
Vt non marcescit, vel quando Sirius ardet,
Nec quando Bōreas spargit ab axe nivem:
Conjugium vestrum sic multos duret in annos,
Sic vireat vester non periturus amor.
Vota det ut valeant, Sponsorum tutor & autor:
Qui vos conjungit confociatq; DEVS.

Matthæus Colerus VVitteberg:
Saxo.



ALIVD.

Cūm Pater omnipotens cœlumq; solumq; creavit,
Divino tales edidit ore sonos:
Quid mare, quid tellus, nitidi quid culmina cœli
Si cultore bonum destituatur opus?
Ergo hominem formemus in effigiem, Pater affert,
Nostram, quemq; operi præficiamus ei:
Sic fatus: cœpit de terrā ducere membra,
Indidit atq; illis semina justitiæ.
Postea primi hominis de conditione statuq;
Cogitat ille soli factor & ille poli.
Vivere, nempe bonum quod non sit & vtile solum,
Non æquum ait, sociā velle carere torj.

B 3

Ergo


Ergo toti Sociam, inquit constituemus eidem,
Qua vir quaq; uxor, vivas amore pari.
Mox Deus obduxit jucundo lumina somno
Terrigena, & costam de latere arripuit:
Eg; ipso omnipotens Dominus formavit Adamo
Vxorem, qua illi Sedula ferret opem.
Illo nempe die sanxit Iehova sacrati,
Non violanda ulli fœdera conjugii:
Non modo tunc Pater ipse tori sacra fœdera sanxit,
Sed quoq; nunc Soboles missa Parente refert:
Casti non Venere externâ modo fœdera lecti
Rumpi, verum etiam corde calere face.
Rumpe moras, conscende torum, mi, Sponse, GELANE,
Et lateri costam fœdere redde sacro.
Hac res grata Deo, hac Divumq; hominumq; ministris,
Hac res grata homini, qui modo casta probat.
Ergo latus mentemq; tuam cum laude decora,
Declara & vultu gaudia letifico:
AERA sonent flatu, resonantia tympana tactu.
Adsit Apollo canens ore rubente modos.
En Virgo accedit persuavis, iungere in ade
Ut dextra dextram Spousa MARIA queat.
Nunc statuit solum TE Patronum sui honoris
Atq; tuâ poscit vivere freta fide.
Accipe quam nactus sociam aspirante Iehova,
In cuius poteris ponere corde fidem.
Rebus in adversis prastet qua dulce levamen
Qua;q; toro reddat gaudia grata tibi.
Heu miser, at atis peragit qui tempora solus
Latæ nec fruitur castus amore tori.
Quis neget hunc varias animo per voluere curas,
Quis neget auxilio hunc saepe carere virum?

Quis

Quis ferat auxilium, solamen praebeat illi
Quis? sine iucunda compare quisquis agit?
Ergo Deo grates solvamus pectore, sanxit
Et qui servat ad huc foedera casta tori.
Qui placidam ducunt auram, vitamq; serenam
Coniugio haud summa hos vivere letitia?
Vivite Concordes GELANVS & ANNA MARIA,
Mens, precor, ut vobis una sit, unus amor.
Vivite pendentes divino à Numine toti,
Semper fors vestris commoda rebus erit.
Vivite, & in pietate gravem exercete laborem,
Omni omnis cedit prosperitate labor.
Ut manus altera manum purgat dextramve sinistra,
Sic sint officiis vir mulierq; pares.
Votis concludam, Deus adsit Fautor & Autor
Coniugii, atq; sua cepta secundet ope.
Hic iuvet ut servetur amor, concordia regnet,
Lectus ne fiat luctus, amator amor.
Det, socia ut vita faciat te prole parentem
Multiplicansq; genus, multiplicasq; pios.
Nestoris & vivas annos, quò cernere natos
Natorum possis atq; docere, precor.
Cum sacra fata iubent egram te claudere vitam,
Claude fide verà, sic mori are piè.
Hac sit corde imo votorum summa meorum,
Ut, precor, his addat plura Iehova: vale.

Non Moris sed Amoris Ergo
Exaratum à Joachimo
Schoro Servesta-An-
haltino.


ALIVD.



ALIVD.

V	os non Pegasides, non tu Ethnica Musa Thali	A,
A	uxilio praeſto fac ſis, ſpirabile Nume	N,
L	uce hac ut dignum valeam contexere carme	N:
E	ffice, ſint Sponſis ambobus mitia fat	A.
N	e genus ipſorum pereat, ne ſcilicet unqua	M
T	urba illis deſit ſervans tua verba ſacrat	A
I	lius ore pio ut celebretur laus tua ſempe	R
N	empe Deus ſanxit ſocialis fœdera lect	I
V	ivereg, in caſto vult corpora pectore bin	A
S	icq, pudicitia laudem tutatus loſe	P,
G	ratulor ergo tori vobis ſacra fœdera veſtr	L.
E	t caſtâ ſanctum det vivere mente tribuna	L.
L	imina ſervet amor, lectum concordia miti	S
A	mbiat, & veſtros animos regat autor olymp	L.
N	eſtoreos ſuperet tecum annos Anna Mari	A
V	ivendo, Natis ut ſit tibi dulce levame	N
S	ponſe his annuis, his Deus annuit, annuit ANN	A.

Chriſtophorus Graſcho-
fius. S.



ALIVD.

Concilio reſidens habito citharædus Apollo
Aonidum in medio Pieridumq, choro;
Dum canit illorum perpulcro carmine laudes,
Pluribus & donis accumulare cupit,

Ardua



*Ardua Parnassi qui scandunt culmina, suntque
Ornati studiis artibus atque bonis:
Præ reliquis digno decantat honore Gelanum,
Spondentem studiis munera plura suis.
Audit ut ista Venus, iuvenis se vertit ad ades,
Ac hos mellifico protulit ore sonos:
Sit perdocte tibi commissa Gelane potestas
Utendi regnis, sum Cytheræa, meis,
Non à me semper sic indotatus abibis,
Tempus adest, donis te cumulabo meis.
Haud mora: formosam & præstanti corpore Nympham,
Quæq; est eximio stemmate nata, cape.
Hæc vix fata, statim sua regna revisit, & ipsa
Imposuit gnato talia iussa suo:
Nate mea vires! casto tua spicula veneno
Tingas, & Sorabum florida tecta petas.
Illic invenies formosam corpore Nympham
Olim præstanti de genitore satam,
Cui Pilsj cognomen erat, Camerarius urbe &
In Dessâ digno clarus honore fuit.
Hæc matura viro est, & plenis nubilis annis,
Et cum fida sit, est conjuge digna bono.
Propterea huic immitte faces castissimi amoris,
Ut subeat blandi sponte capistra fori.
Protinus ille suis humeris accommodat alas,
Tectaque virginea tendit ad alta domus.
Et postquam, pharetrâ depromptis denique telis,
Fixerat in tenerum spicula Cupido sinum;
Talia voce refert trepidanti dicta puella:
Cur tua cur tantus corripit ossa tremor?
Ne dubita, cunctos figit meus arcus, en ipsa
Saucia quo nimium, ceu moritura, iaces.*

C

Verum

*Verùm legalì praelarus in arte Gelanus ,
Herbam , vulneribus quàm medeatur, habes.
Illum propterea stabili tibi fœdere iunge ,
Ut subeat thalami grata capistra tui.
Vulnera sic nullum parient sanata dolorem,
Dixit, & in vivis læta superstes eris.*

*Jacobus Sehusanus, Servesta-Anh.
LL. Studiosus.*



ALIVD.

Cur cœli facies splendet? cur lucida fulgent
Sidera? cur radios Phœbus dimittit in orbem?
Lucifluos, mitiq̃ue amplectitur omnia flamma?
Fallor, an incedit docti jam sponsa GELANI
Virgineo comitata choro, marumq̃ue corona?
Sic est, en thalamos matura dulcior uva
Mollior & lana, & plumis, spumaq̃ue recenti,
Purior electro, miti clementior agnâ
ANNA MARIA tuos intrat, GELANE. Pudicam
Ergo tuam sponsam complectere, & oscula fume,
Tantum vota feram, deinceps mea Musa recedat:
Nate Dei, sancis sancti qui vincula lecti
Suffice conjugibus vires, & pacta secunda,
Sponsa vt cum sponso concordēs exigat annos,
Clemens hosq̃ue sacri spiraminis aura gubernet,
Concors vrat amor, spiret mens vna duobus,
Arceat & sævum tua dextera, Christe, Draconem
Atq̃ue illis tribuat longa & felicia vita

Tem

Tempora, sint, valeant omni fac tempore læti,
Et tandem emerfis cæco ex hoc carcere vani
Mundi, cælestis vita dæ gaudia dia.

Matthæus VVolfius S.



ALIVD.

Quid Gelane tibi est, quod tando in turbine rerum
Audes legitimi fœdus inire tori?
Cur sociam vitæ captas, curaq; levamen?
O factum benè! Pol doctæ Gelane sapis.
Nil ergo restare puto, nisi carmina pauca
In vestrum ut ludam, doctæ Gelane, torum.
Hos ergo versus hilari à me suscipe vultu,
Cumq; tuâ Sponsâ consule queso boni.
Vivite concordēs, omni sine vivite lite,
Vivite Mathusala secula longa senis.
Sospes & excrescat vestro de corpore proles,
Quæ vestram decoret tempus in omne domum.
Unus amor vobis sit semper, semper & ardor
Mutuus: Hoc votum prosperet ipse DEVS.

Christophorus VVagnitius
S. A.



HENDECASYLLABI.

C 2

Nunc

Nunc tristes elegi sonare ubiq;
Debebant, querulaq; ubiq; voces.
Tristari, lacrymari, & ejulari
Cujusq; officium pii foret nunc:
Propter temporis hac vices iniquas,
Propter temporis hunc statum dolendum.
O fata! horrida fata nostrâ in urbe
Nunc grassantia proh nimis licenter!
Nunc raptantia feminas virosq;!
Nunc privantia proh bonis tot orbem;
Sed cum illis benè habet, DEI Tonantis
Nam vultum adspiciunt beatiores
Cum piis omnibus, angelisq; sanctis.

Quod verò in thalamum tuum, Gelane,
Carmen scribere me jubes moneſq;
Parebo monitis tuis amicè,
Et quicquid poterunt mea Camenæ
Hac prestare vice, inq; luctuoso
Tam tristiq; statu, libens subibo.
Et primò tibi gratulor GELANE
De tali socia toro paratâ,
Quæ summum veneratur ac veretur
In cœlis qui habitat DEVM illiusq;

In

In sanctis patefacta verba libris
Observat, meditatur, & sagaci
Evolvit studio revolvit atq;
Dein cuius simul est propago clara,
Namq; est ex genitore nata claro,
Cujus Vitricus eruditione
Hac est notus in urbe, notus Aula,
Cui secreta gerenda conferuntur:
Carus Principi, carus ille nostro
Rodolpho, patriæ optimo Parenti,
Cui vitam DEVS hic diurniorem
Cum piis omnibus, & beatioram
Concedat bonus atq; largiatur.

Nunc illum rogo luminum Parentem
Votis supplicibus, tuis ut adsit
Nuptiis, benedicat his benignè,
Semperq; auxilio suo perenni
Depellat furias bonis iniquas
Cum tota Satanae mali cohorte.
Sat connubia fausta erunt GELANE,
Præsens quandoquidem dies ab ipso
FAUSTI nomine nomen ecce traxit.
En latere tuis bonis, ovaq;

G 3


Quòd

Quòd tanto omnipotens DEVS beàrit
Te dono: dedit enpiam puellam,
Castis moribus, atq; mente castà,
Ornatam, decoratam, & expolitam,
Ex clarisq; parentibus creatam:
Faustum constituitq; nuptiarum
Sidus. Conjugium quis ergo queso
Felix rebitur haud tuum futurum?

Joannes VVulcovius Serv. Anhalt.

F I N I S.







Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







XLV



nibus
ni, Doctissimi

ENTI-

LL. STV.

. Pub.

SI

, Lectissimâ

ARIA

ssimi
Reipub. quondam

n. relicta Filia
dignitate conspicui

ISTOPHORI EHRLI-
ssimo Principi ac
ncipi Anhal-
Secretis

A
l. VIIbr.

XIII
gratis
& Fautoribus.
rfferiano.

